



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer eg.  
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

## Iter Grossglocknerianum.

Austriae cum multas regiones atque loca amoenissima peregrinando perlustrassem vidissemque urbium<sup>1</sup> celebritates,<sup>1</sup> viriditatesque<sup>2</sup> saltuum,<sup>2</sup> desiderio animus diu pertentebatur<sup>3</sup> sollicito visendi Grossglockneri,

Austriacorum montium altissimi, de cuius augusta<sup>4</sup> sublimique<sup>5</sup> pulchritudine tam multa auditione fama-que acceperam. Iam tandem hac aestate, cum Mallnitii, in oppido Carinthiae otinandi<sup>6</sup> causa cum uxore et filio commorarer, voti<sup>7</sup> compos<sup>7</sup> factus sum.<sup>7</sup>

Mallnitii vix aliquot diebus exactis male<sup>8</sup> continebamur,<sup>8</sup> quin protinus in Grossglocknerum evolaremus.<sup>9</sup> Enimvero ista cupiditas nimium<sup>10</sup> gestiens<sup>10</sup> tamdiu compescenda erat, dum tempestas visendo monti apta appetebat. Nimirum anxii coelum speculabamur ac barometrum et curiosi lectitabamus praedictiones<sup>11</sup> tempestatis<sup>11</sup> meteorologicas.<sup>11</sup> Tandem illuxit dies serenissimus, tam diu nobis exoptatus, qui dies erat dies



Heiligenblut.

Dominicus. Iam «iubar aureus extulerat Sol», cum properi<sup>12</sup> ac anhelii,<sup>13</sup> ne tarde veniremus, e mansione<sup>14</sup> nostra ad stationem curruum automobilium accucurrimus. Unum, in quo iam novem conserderant convectores, solutā<sup>15</sup> vecturā<sup>15</sup> conscendimus.

Sudum<sup>16</sup> erat, sol pura in luce refulsit, cum currus hora octava matutina in viam se dedit. Citatissimo cursu fertur super vallem Mallnitii in profundam altitudinem dehiscentem,<sup>17</sup> calle angusto qua in arduum<sup>18</sup>

erecto,<sup>18</sup> qua repens<sup>19</sup> in declive<sup>20</sup> vergenti.<sup>21</sup> In valle ima «fluentisonus»<sup>22</sup> rivus Mallnitius cum fragore<sup>23</sup> horrido et strepitu ingenti

1 népes városok 2 zöld erdők 3 elfog 4 fenséges  
5 magasztos 6 pihenés 7 kívánságom teljesedett 8 alig tartóztathatom magamat 9 kirándul 10 szenvedélyesen megkívánt 11 «időprognózis» 12 sietve 13 piheg  
14 szállás 15 jegyet vált 16 száraz, derült idő  
17 szakadó 18 meredeken magasba emelkedő 19 = repente 20 lejtő, 21 ereszkedik 22 hullámtól zúgó 23 robaj.

undarum exaestuantium<sup>24</sup> praeceps ruit modo se occultans, modo rursus emicans.<sup>25</sup> Mallnitio in oppidum *Obervellach* pervenimus,




*Mansio Francisco-Josephina.*

in patulam<sup>26</sup> convallem, ubi rivus Mallnitius in fluvium Möll late ac velociter<sup>27</sup> Dravum versus fluentem decurrit. Inde usque per vallem amnis Möll ferimur. Hinc et illinc altissimi insurgunt montes atque saltus densis abietibus inhorrescunt sole candido per caerula coeli coruscante.<sup>28</sup> Currus iterum in via angusta sursum ac deorsum raptus oppida *Flattach, Rangersdorf, Winklern, Dölsach* cito praetervolat fluentis<sup>29</sup> amnis Möll

usquequaque obstrepentibus.<sup>30</sup> Iam in conspectum nobis se dat procera et excelsa turristempli *Heiligenblutensis*, iam late exsplendescunt<sup>31</sup> vertex nivosi Grossglockneri, in caerulo coeli radiantes,<sup>32</sup> candescentes.<sup>33</sup> In oppido Heiligenblut ex curru automobili descendentes in taberna<sup>34</sup> *Schoberiana* devertimus cibo potuque nos refecturi<sup>35</sup> oppidumque visuri. Raptim ientaculo<sup>36</sup> devorato<sup>37</sup> oppidulum pererramus. Quo in oppidulo 1300 metris aequore<sup>38</sup> maris<sup>38</sup> altius sito incredibile quam crebri conventus et commeatus<sup>39</sup> viatorum atque peregrinantium: hac curribus automobilibus densa examina<sup>40</sup> vectorum effunduntur, illac turbae hominum montivagorum virile ac muliebre secus sarcina dorsum onerati dolabris<sup>41</sup> cincti ingentia bacula gestantes incedunt. Atque ex circa vicis, cum dies Dominicus esset, multitudo rusticorum vestitu<sup>42</sup> habituque<sup>42</sup> vernaculo<sup>42</sup>

<sup>24</sup> felbuzog, felzúdul <sup>25</sup> hirtelenül előtűnik <sup>26</sup> nyílt <sup>27</sup> sebesen <sup>28</sup> ragyog, csillog <sup>29</sup> = *fluenta*, — *orum* (folyó)víz <sup>30</sup> szembe zúg, hallatja magát <sup>31</sup> mutatkozik <sup>32</sup> sugárzik <sup>33</sup> tündöklék <sup>34</sup> fogadó <sup>35</sup> felüdít <sup>36</sup> reggeli <sup>37</sup> elkölt <sup>38</sup> a tenger színe (síkja) <sup>39</sup> forgalom <sup>40</sup> raj, csapat <sup>41</sup> csákány <sup>42</sup> (honi) népviseletben.



### Passer<sup>1</sup> et vitiparra.<sup>2</sup>

Ventus stridebat,<sup>3</sup> arbores aëre fluitanti<sup>4</sup> nutabant.<sup>5</sup> Passer socordi<sup>6</sup> superbia inflatus<sup>7</sup> cerrum<sup>8</sup> crassam,<sup>9</sup> in qua sedebat, sub onere suo nutare existimabat.

— Recede hinc — ait vicinae vitiparrae — arbor sub onere meo frangetur.

— Itane? — subridet illa — estne iam unquam fracta sub te arbor?

— Priusquam hoc fieret, avolabam.

— Volemus, si placet — ait vitiparra — in arundinetum;<sup>10</sup> ibi ventus nos vehemens non attinget.

Advolant; tenuis<sup>11</sup> arundo, quae eos excipit, vix sub onere parvo movetur.

— Mirum — cachinnat<sup>12</sup> vitiparra — nunc sub nobis exigue<sup>13</sup> haec tenuis arundo in-

flectitur,<sup>14</sup> cum illic in clivo<sup>15</sup> etiam sub te uno cerrus crassa ingemuerit.<sup>16</sup>

— Non ergo vides — inquit passer inanis<sup>17</sup> — ex dimidia parte<sup>18</sup> alis<sup>19</sup> me in aëre pendere neque audere inniti<sup>20</sup> arundini? Sed quia hoc coacto<sup>21</sup> statu fatigor,<sup>22</sup> ego pol<sup>23</sup> avolabo in domum custodis.

Cum vitiparra avolat; sed in medio itinere ventus eos in terram praecipitat.<sup>24</sup>

— Redisne<sup>25</sup> iam — quaerit vitiparra — ad sanitatem<sup>25</sup> et credisne te a vento, quasi plumam<sup>26</sup> iactari? Una superbia tua magna est, corpus parvulum.

— Quid ita? — inquit passer — an ideo, quod aliquot in terra pulchra grana<sup>27</sup> tritici<sup>27</sup> conspicatus devolavi, ut ea colligerem?

— Iam video — ait avolans vitiparra — superbiam esse insanabilem<sup>28</sup> et tantum una cum superbo perire.

V. Fehér.

1 veréb 2 cinke 3 süvölt 4 zajló 5 hajlong  
6 buta 7 felfuvalkodott 8 cserfa 9 vastag 10 nádás  
11 vékony 12 kacag 13 alig 14 meggörbül  
15 hegyoldal 16 recseg 17 hiú 18 félig 19 szárny  
20 nehezedik 21 erőltetett 22 elfárad 23 bizony  
24 lever 25 észre tér 26 pehely 27 búzaszem 28 győgyíthatatlan.

ac indigena<sup>42</sup> confluentes templum circumfusi inter se confabulabantur sermonesque serebant. Nos templum intravimus. Templum iam inde ab anno 1430. aedificari coeptum est. Cuius eximiam venustatem altariaque sollerti artificio facta admirati auditaque missa circumiimus coemeterium,<sup>43</sup> quod templo adiacet. Unius alteriusque sepulchri inscriptionem legentes vehementer commotus sumus cognito, eum, qui in tumulo conditus iaceret, tempestate procellosa oppressum exitialem esse nactum exitum.

Cum inde discessissemus, per oppidulum passim vagantes deversoriis ac villis bellissimis<sup>44</sup> et laetissimis pigmentis coloratis oblectamur.

Interea aderat hora ad mansionem *Francisco-Iosephinam*, quae in iugo montis sila est, proficiscendi. Iam praesto erat nobis rector<sup>45</sup> currus automobilis nos ad mansionem illam porro vecturus.

Inde ab oppido immane<sup>46</sup> quam<sup>46</sup> ardua<sup>46</sup> via in iugum montis Grossglockneri fert; tamque angusta est, ut duo currus iuxta agi non possint, neque si forte inter se occurrerint, alter alteri de via decedere<sup>47</sup> queant. In clivo creberrimis anfractibus<sup>48</sup> mollito incredibili celeritate sursum rapiebamur. Subter nos ingens altitudo deorsum hiscebat,<sup>49</sup> in quam cum nostrum aliquis despexisset, horrore<sup>50</sup> correptus est.<sup>50</sup> In itinere identidem vidimus torrentes<sup>51</sup> violentos<sup>52</sup> cum ingenti sonitu atque fragore inter rupes confragosas<sup>53</sup> cernuos<sup>54</sup> in profundam vallem praecipitare. Unius et dimidia horae itinere confecto pervecti sumus ad mansionem Glocknerianam, unde quiete sumpta per callem<sup>55</sup> modice acclivem pedibus evasimus in iugum aequore maris 2250 metris altius, in quo mansio Francisco-Iosephina sita est. Hic spectaculi magnificentia ac maiestate attoniti et mirabundi astifimus. Cacumina ingentia, quorum quod altissimum 3780 metra aequat, tum nuda tum nive et glacie obruta<sup>56</sup> sese attollunt in caerulea coeli. Nives

ardentis splendore solis radiant, scintillant,<sup>57</sup> coruscant.<sup>58</sup> Sub cacuminibus ipsis immensus porrigitur nivibus obsitus<sup>59</sup> glacieque<sup>60</sup> constrictus<sup>61</sup> campus, qui 11 chilometra in longitudinem, 3 chilometra in latitudinem patet. Pulchritudine atque sublimitate montium animum satiati descendimus ad mansionem Glocknerianam corpus cibo satiaturi. Cibo refecti in prato variis florum coloribus collucenti<sup>62</sup> recubimus. Ut iuvit nos sole tepide calente<sup>63</sup> apriantes<sup>64</sup> naturae iucunditate, in qua suberat aliquid horridi, perfrui!



Mansio Glockneriana.

At iam tempus domum itionis imminuit.<sup>65</sup> Hora fere quarta coetus<sup>66</sup> convectorum in unum convenerat. Curru conscenso eadem, qua vecti sumus, rapido cursu domum ferimur. In reditu mirus oculis obiicitur visus. Ad oppidum enim *Winklern* cum accessissemus, repente montes penes *Lienz* in aethere puro ac liquido solis occasum vergentis candore nitentes assurgunt atque clare refulgent. Cautes rectae<sup>67</sup> et praeuptae in acutum fastigatae,<sup>68</sup> aliae alias supereminentes purpurea luce perfusae fabularum formarum figurarumque instar aciem oculorum praestringunt,<sup>69</sup> animos deleniunt<sup>70</sup> atque sopiunt.<sup>71</sup> Haec mirifica species ac imago, cum iam procul inde abessemus, iterum atque iterum animo recursabat. Itinere, quod nobis proposuimus, feliciter confecto, hora fere septima Mallnitium, unde evolaramus, salvi atque incolumes revertimus.

Carolus Ács.

43 temető 44 csinos, ízléses 45 soffőr 46 félelmesen meredek fáradságos 47 letér 48 kanyarulat «szerpentinek» 49 tátong 50 horzadály fog el 51 rohanó hegyi vizek, patakok 52 vad 53 szakadékos 54 előrebukó 55 hegyi ösvény 56 elborít, betakar 57 csillog, 58 ragyog, villog 59 fedett 60 jégpáncéllal 61 bevont 62 fénylő, tarkálló 63 meleg 64 sütkérezik 65 közeledik 66 társaság 67 egyenesen felemelkedő 68 éles csúcsban végződő 69 vakít 70 elbűvöl 71 elkábít.

Nemo potest tam felix infelixve esse, qualis sibi ipse esse videtur.

## VIRI ILLUSTRÉS

### Cato Uticensis. (2.)

Coniuratione Catilinae oppressa nonnulli, imprimis autem Caesar, — quem Catilinae studiis<sup>1</sup> occulte favisse<sup>2</sup> rerum harum periti non ignorant — animos patrum summa dicendi<sup>3</sup> sollertia<sup>3</sup> in senatu ad clementiam impellere conati sunt. Vicisset omnino in hac re Caesar, qui ceterum praetor illius temporis erat, nisi labantem<sup>4</sup> senatorum ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Qui admodum adolescens (ferme XXX annos natus erat) tanta vi animi atque ingenii invectus est in coniuratos, orationem senatorum, lenitatem<sup>5</sup> suadentium sic suspectam<sup>6</sup> fecit, ut universus senatus in eius sententiam transiret. Oratio eius erat fere haec: «Plane<sup>7</sup> mihi diversa<sup>7</sup> stat<sup>7</sup> a Caesare sententia... Nunc non de scelere coniuratorum puniendo, sed de publica salute, denique de omnium bonorum vita agendum esse puto. Itaque quem pericula civitatis non movent, eum fortunarum suarum cladem moturam esse certe scio. Si maiores nostri tranquillioribus animis in his rebus fuerunt, eorum virtutis, industriae, iustitiae mementote, pro quibus nunc luxuria ac libido<sup>8</sup> civitatem invasit. Multitudo hominum egenorum quantopere locupletium fortunis invidet, ipsi videtis: itaque brevi impetum facient in securos<sup>9</sup> ac negligentes.<sup>10</sup> Non votis, nec muliebribus supplicationibus auxilium deorum paratur: fortes et navos<sup>11</sup> esse nos decet, nec parcere iis, qui nobis parcere noluerunt. Quare legibus utendum esse censeo et de coniuratis supplicium mortis sumendum».

Caesar ne sic quidem impedire rem destitit, donec equites Romani perseveranti<sup>12</sup> necem sunt comminati. Tunc deterritus est ita, ut in reliquum anni tempus curia prorsus abstineret.

Caesari iam consuli Cato solus ceteris exterritis restitit. Quare Catonem Caesar iratus curia extrahi et in vincula coniici iussit. Magnā patrum frequentia ille in carcerem deductus est. Tunc unus obiurgatus<sup>13</sup> a Caesare, quod nondum misso senatu discederet: «Malo, inquit, esse cum Catone in carcere, quam tecum in curia».

Vir propositi tenax Uticae post eversam Carthaginem in urbe Africae notissima vitae suae finem dedit. Cum libertate oppressa

iam nullam sibi salutis fiduciam superesse vidisset, quadam nocte lecto Platonis libro, qui immortalitatem animi docet, gladium imperterritus sibi in pectus immisit.

Hic vitae exitus fuit Catonis, eius viri, qui ab ineunte aetate usque ad extremum vitae halitum<sup>14</sup> esse, quam videri bonus malebat. Ita quo minus petebat gloriam, eo magis sociam sibi famam aeternam iunxit.

Sebastianus A. Módy.

<sup>1</sup> törekvés <sup>2</sup> pártol <sup>3</sup> ékesszólás <sup>4</sup> ingadozó  
<sup>5</sup> engedékenység <sup>6</sup> gyanús <sup>7</sup> egészen más <sup>8</sup> féktelen szenvedély <sup>9</sup> semmi veszélytől nem tartó <sup>10</sup> vigyázatlan, könnyelmű <sup>11</sup> tevékeny <sup>12</sup> véleményéhez makacsul ragaszkodó <sup>13</sup> megfedd <sup>14</sup> lehelet.

### Corona vitae. (5.)

Ad fabulam *Felicitis Nabor* Latine scripsit  
Valentinus Fehér.

#### 5. Triumphus.<sup>1</sup>

Pascha<sup>2</sup> Iudaeorum appetente<sup>3</sup> plurimi homines in urbem properabant.

Marcus fortiter manum Rubinae tenebat, ne tumultu hominum inter se divellerentur.<sup>4</sup> Ante magnum aedificium consistunt.<sup>5</sup> Inde videbant totam viam hominibus differtant.<sup>6</sup> Viri mulieresque e domibus evolantes interrogant:

— Quis hac incedit? quis venit ad nos?

Homines, qui per portam intraverant, respondent:

— Messias, Servator, rex Iudaeorum venit.

Pueri cum eis veniunt et ramos palmarum decerptos coruscantes clamant:

— Hosanna Filio David!

Repente fit silentium. Sub arcu portae apparet, qui exspectabatur: rex Iudaeorum. In asina sedebat, veluti rex populi augustus. Dextram elevavit, ut hominibus benediceret.<sup>7</sup> Os eius tamquam sol, fulgebat.

Sic incedebat rex magnus et propheta, Servator hominum.

Cum turba discessisset, Marcus et Rubina ad domum Pontii Pilati procuratoris<sup>8</sup> iter dirigunt.

Procurator specie<sup>9</sup> laetus eum accepit, tamen secum cogitabat Marcum idcirco venire, ut ad Caesarem de se referret.<sup>10</sup> Habebat enim causam, eum nonnulla occuleret.<sup>11</sup>

Luxuriosam<sup>12</sup> libidinosamque<sup>13</sup> vitam

<sup>1</sup> diadalmenet <sup>2</sup> húsvét <sup>3</sup> közeledik <sup>4</sup> elszakít  
<sup>5</sup> megáll <sup>6</sup> nyüzsgő <sup>7</sup> megáld <sup>8</sup> helytartó <sup>9</sup> látszólag <sup>10</sup> jelentést tesz <sup>11</sup> eltitkol <sup>12</sup> fényűző <sup>13</sup> kicsapongó.

agens Herodem tetrarcham<sup>14</sup> aemulabatur. Praeterea neglegebat de sua coniuge, Claudia Procula, quam aspere tractabat neque fidus ei manebat. Claudia, cuius superbia laedebatur, infelicissimam se esse sentiebat.

Maxime laetabatur, cum Marcus et Rubina, quibuscum longinqua<sup>15</sup> cognatione<sup>15</sup> erat, ad ipsam venissent. Cum Marcus narravisset a se deos esse negatos verumque Deum requiri, Claudia Procula confessa est se Magistro confidere, qui miracula edens terram peragraret.

— Ego quoque ipsa vidi miraculum: Mariam Magdalenam, scelestam<sup>16</sup> feminam in paenitentem<sup>17</sup> convertit. Nunc amica mea est et apud me habitat.

Tum egressa paulo post cum Maria Magdalena revertit. Haec comiter<sup>18</sup> peregrinis salutatis interrogat:

— Scitisne, ubi sit Magister?

Illi nesciebant.

— Cum advesperaverit — inquit — eum requiram. Verba eius sitio.

Ceteri eam secuturi erant, quia ipsi quoque verba consolatoria<sup>19</sup> desiderabant.

Vespere laxis<sup>20</sup> paenulis<sup>21</sup> amicti<sup>22</sup> clam relinquunt domum et in viis gradientes percontantur<sup>23</sup> Iesum Nazarenum. At nemo dicere poterat, quo se contulisset. Quaerunt in templo, ne ibi quidem eum reperiunt.

## 6. Via crucis.<sup>24</sup>

Paucis diebus post Maria Magdalena lurida<sup>25</sup> flens irrupit in cubiculum Claudiae et clamat:

— Magister noster captus est, ut occideretur. I ad tuum virum et roga eum, ut Iesum liberet.

Claudia Procula, femina superba, adeo Magistri gratiā se in humilitatem<sup>26</sup> submitit, ut ad genua viri sui procumberet.

— Dimitte — inquit — liberum prophetam.

Tamen cum furor plebis, quam sacerdotes concitaverant,<sup>27</sup> formidabilis<sup>28</sup> esset, Pontius Pilatus, Romanus effeminatus,<sup>29</sup> Iudaeis resistere non audebat. Immo cum Herode, suo inimico, rediit<sup>30</sup> in gratiam<sup>30</sup> et Iesum Nazarenum ad furorem populi exhibuit.<sup>31</sup>

Altero die mane domum Pontii Pilati magna vis hominum circumstabat. Claudia Procula, Maria Magdalena, Marcus, Rubina, qui anxii attendebant, clamorem atrocem audierunt:

— Crucifige<sup>32</sup> eum!

Marcus iniustitiā visā exasperatus est,<sup>33</sup> quod iidem, qui quinque diebus ante Iesum regem acceperant, clamarent, ut in crucem tolleretur.

Simul dubitatio<sup>34</sup> in animo eius orta est, an Iesus Nazarenus re vera vivus verusque Deus esset.

— Si vere Deus est — reputat<sup>35</sup> secum — non patietur se cruci affigi. Deus mori non potest. Et si mortuus erit, ostendet se esse infirmum.

Marcus cum mulieribus agmen sequebatur, summopere dolens, quod virum iustum servare non posset.

Immensa<sup>36</sup> multitudo hominum sacram Iudaeorum urbem transibat. Inter duos carnifices<sup>37</sup> incedebat hominum purissimus et sanctissimus; spineam<sup>38</sup> in capite gerebat coronam, vultus sanguine tectus, vestis pulverulenta<sup>39</sup> ac sordida,<sup>40</sup> latus eius fune circumligatum erat. Infirmis umeris gravem crucem per vias baiulabat.<sup>41</sup>

Carnifices duriter eum percutiebant et calce<sup>42</sup> feriebant<sup>42</sup> et in faciem eius inspuebant,<sup>43</sup> homines arreptis lapidibus eum petebant.<sup>44</sup>

At propheta quietus hanc patiebatur contumeliam.<sup>45</sup> Corpus cruciatum paene sub crucis onere corruerat.

14 negvedes fejedelem 15 távoli rokon 16 hűnös 17 bűnbánó 18 nyájasan 19 vigasztaló 20 bő 21 köpeny 22 burkolózva 23 kérdezősködik 24 keresztút 25 halálsápadt 26 megalázkodik 27 felhajt 28 retentő 29 elpuhult 30 kibékül 31 kiszolgáltat 32 fe-szítsd meg 33 felzúdul 34 kétség 35 gondolja magában 36 végnélküli 37 hóhér 38 tövis 39 poros 40 piszkos 41 cipel 42 rugdos 43 kóp 44 dobál 45 gyalázat.



## De Bibliotheca Vaticana.

Tristis nobis allatus est nuntius in Bibliotheca Vaticana a. d. XI. Kal. Ian. a. 1932. cameram Bibliothecae, quae vocatur Consultationis, tibicinibus<sup>1</sup> tribus labantibus ruina collapsam esse ruinaque illa quinque homines oppressos interisse.

<sup>1</sup> oszlop.

Post medii aevi primordia<sup>2</sup> schismaticis contentiōibus atque discordiis tandem profligatis<sup>3</sup> Bibliotheca Vaticana inde a Papa Nicolao (1447—1455) fundari in ordinemque redigi coepta est. 25 annis post Nicolai mortem Sixtus IV. Bibliothecae Vaticanae domicilium novum atque amplius assignavit<sup>4</sup> infra capellam Sistinam. Pars librorum, qui iam ad 3650 voluminum adaucti sunt, viris doctis propalam utenda collocatur. Nec mirum, si Sixtus IV. tectorio<sup>5</sup> opere<sup>5</sup> pictoris Mezza da Forli nobis conditor Bibliothecae Vaticanae repraesentetur.

Verum cum librorum thesaurus ita in immensum accrevisset, ut eum vetus locus non caperet, Sixtus V. Pontifex Maximus Dominico Fontanae, architecto suo ingens conclave aedificandum mandavit, cuius parietes pictores eiusdem aetatis coloribus tectoriis pulcherrimis exornaverunt.

Viri docti, qui Bibliotheca uterentur, quo commodius litterarum studia obirent, Leo XIII. huic conclavi amplissimum museum<sup>6</sup> adstruendum curavit, in illo autem a Fontana condito conclavi adhuc etiam cum codices et libri impressi, tum artificia<sup>7</sup> et ornamenta<sup>7</sup> asservantur. Tandem Leo XIII. a. 1881. aperuit tabulas<sup>8</sup> arcanas<sup>8</sup> viris doctis, ut monumenta litterarum historica indagarent forasque darent. Inde in Bibliotheca Vaticana, cui Pius XI. P. M. et ipse bibliothecarius enixe<sup>9</sup> favet, virorum doctorum labor<sup>10</sup> et opera<sup>10</sup> ex totius fere orbis terrarum confluentium fervet<sup>10</sup> et aestuat.<sup>10</sup> *Car. Ács.*

**Hugo Böckh**, geologus Hungarorum clarissimus, aetatis anno quinquagesimo septimo a. d. VI. Id. Dec. Budapestini naturae concessit. Vir doctissimus scribae<sup>11</sup> publici<sup>11</sup> vice<sup>11</sup> fungebatur praesesque Societatis Geologorum Hungaricae erat. Nomen eius praeclarum longe<sup>12</sup> lateque<sup>12</sup> vagabatur<sup>12</sup> multique eiusdem<sup>13</sup> doctrinae<sup>13</sup> peritissimi,<sup>13</sup> etiam exteri, consilia eius in difficilioribus quaestionibus exquirebant<sup>14</sup> iisque obtemperabant.<sup>15</sup> Hic cum nonnullis exteris sociis perscrutatus est *sedes*<sup>16</sup> *bituminis*<sup>17</sup> *liquidus*<sup>17</sup> in regionibus Persiae, Irak et Mesopotamiae, in Hungaria autem *fontes bituminis*<sup>18</sup> *flabilis*<sup>18</sup> prope pagum Kissármás.

**Navis oneraria Germanica**, nuncupatae nomine Veneris, deae Romanorum religionis olim adorationibus veneratae, prid. Id. Dec. prope turrim<sup>19</sup> «*Hindernaes*», nocturnis ignibus cursum navium regentem,<sup>19</sup> ad scopulos<sup>20</sup> allisa<sup>20</sup> gurgitibusque maris hausta

una cum ministris<sup>21</sup> navigii<sup>21</sup> periit, ex quibus pauci in terram enare potuerunt.

**Colonus quidam Americanus** nuperime ingens damnum<sup>22</sup> incendii<sup>22</sup> accepit. Stabulum eius vaccarum, equorum, mulorum, aliorumque pecudum multitudine plenum deflagavit. Causa tanti mali forte<sup>23</sup> fortuna<sup>23</sup> est patefacta.<sup>24</sup> Namque Hannibal, (sed hoc loco non de illo Sagunti domitore,<sup>25</sup> diro duoque Romanorum hoste agitur!) custos rerum domesticarum paucis diebus post incendium elapsis praeter expectationem totius familiae domum revertit et corpore oleo perfuso rem dubiam aperuit: improbos homines fuisse scilicet auctores<sup>26</sup> incendii. *Catulus*<sup>27</sup> *coloni*: *Hannibal* hoc quoque modo egregiam dedit operam domino suo.

<sup>2</sup> kezdet <sup>3</sup> megszűntével <sup>4</sup> jelölt ki <sup>5</sup> freskó  
<sup>6</sup> dolgozószoba <sup>7</sup> műkincsek <sup>8</sup> titkos levéltár  
<sup>9</sup> buzgón <sup>10</sup> pezsgő tudományos élet folyik <sup>11</sup> helyettes államtitkár <sup>12</sup> világhírű <sup>13</sup> szaktudós  
<sup>14</sup> kikér <sup>15</sup> követ <sup>16</sup> lelőhely <sup>17</sup> kőolaj <sup>18</sup> földgáz  
<sup>19</sup> világítótorony <sup>20</sup> zátonyra fut <sup>21</sup> a hajó legény-sége <sup>22</sup> tüzkár <sup>23</sup> szerencsés véletlen folytán <sup>24</sup> kiderül <sup>25</sup> legyőző <sup>26</sup> okozó <sup>27</sup> maeska.

## Inclyti inventores. (4.)

Brevissima artis aeronauticae historia.

*Scrpsit Aemilius Láng.*

Pace composita Zeppelin intra viginti sequentes annos gradibus militiae ad summam dignitatem militarem ascendit. Anno MDCCCXC. expletis stipendiis<sup>1</sup> et honesta missione<sup>2</sup> accepta a militia recessit et quinquaginta duos annos natus totis viribus ad studium volandi se contulit et septuagesimum iam annum agebat, cum nobilissimam de natura victoriam reportavit. Cum primi volandi conatus haud prospere succederent et duae aëronaves perirent, Zeppelin privatim et publice irrisui erat, qui ex arena funem efficere ferebatur. Sed ut fieri solet, repente mutata est opinio<sup>3</sup> hominum,<sup>3</sup> cum anno MCMVI. duas horas in aëre se teneret et aëronavi in altitudine quadringentorum metrorum circiter centum chilometra percurreret et incolumis rediret, unde profectus erat. Cum vero deinceps plures volatus feliciter cederent, docti et indocti, magistratus et privati certatim ei congratulabantur. Homines febre Zeppelina


<sup>1</sup> szolgálati év <sup>2</sup> elbocsáttatás <sup>3</sup> közvélemény.



correpti sunt. Rem<sup>4</sup> prosperam et mercatores quaestui<sup>5</sup> habebant<sup>5</sup> et mercibus nomen Zeppelio dederunt. Publicus<sup>6</sup> Germanorum Coetus<sup>6</sup> legibus<sup>6</sup> ferendis<sup>6</sup> anno MCMVII. unanimi suffragio primum quingenta milia marcarum<sup>7</sup> ad experimenta continuanda decrevit, dein eodem anno iterum marcarum vicies<sup>8</sup> ad aëronavem civitati Germanicae aedificandam. Quae cum sequenti anno incendio conflagrasset, cives brevi marcarum sexagies contulerunt. Cuius pecuniae dimidiam partem<sup>9</sup> in fenore<sup>9</sup> posuit,<sup>9</sup> quo artem aëronauticam perfectam et omnibus suis partibus expletam redderet. Alteram dimidiam in Societate a seipso aëronavibus fabricandis contracta consumpsit,<sup>10</sup> cuius primum ipse magister<sup>11</sup> fuit.

In oppido Friedrichshafen exinde amplissima aëronavalia<sup>12</sup> instituta sunt, ubi plurimae aëronaves Zeppelinae fabricatae sunt, ut<sup>13</sup> et illa «D. L. Z. 127» signata, quae nuperrime super Hungariam venit et in insula Csepel prope Budapestum appulit.

In bello illo cruentissimo Europae omnes aëronaves Zeppelinae a Germanis in utilitatem rei militaris adhibitae sunt. Aëronaves in bello multo pluris erant, quam aëroplani.<sup>14</sup> Nam aëronavis facilius et celerius in altum elevabatur aëroplanis, quos subtervolantes pyrobolis<sup>15</sup> coniectis<sup>15</sup> saepius perdidit. Experientia docebat unā aëronavi Zeppelina triginta aëroplanorum pessumdari posse,



Aërobaticum Zeppelinianum «L. I.»

qui ad aëronavem sine detrimento propius advolare non possent. Aëronautae<sup>16</sup> cum super urbes hostium volaverant et pyrobolos deiecerant, insectationem aëroplanorum hostilium omnino frustrabantur, momento<sup>17</sup> enim temporis<sup>17</sup> aëronavi in altitudinem quingentorum et milium metrorum vel

altius eveci inter nubes aufugerunt. Globi<sup>18</sup> ferrei<sup>18</sup> tormento<sup>19</sup> sursum missi aëronavi nullum detrimentum attulerunt, sed cum magna clade incolarum ad terras reci-



Aërobaticum Zeppelinianum in campo Lunévilliano.

derunt. Et ipse Zeppelin vidit<sup>20</sup> diem, quo pilae<sup>21</sup> igniferae<sup>21</sup> ex aëronavibus eius super Lutetiam Parisiorum, Antverpianam,<sup>22</sup> Londinium<sup>23</sup> et alias urbes coniectae displosaeque ingentem hostibus terrorem fecerunt.

Iam in bello, sed praecipue pace composita in arte volandi tanti progressus facti sunt, ut aëronavis regibilis, potens<sup>24</sup> aëris<sup>24</sup> nunc iam communi usui vitae atque scientiae inserviat. Aeronavis in primis apta esse videtur, quae diversas gentes commercio coniungat. Anno MCMXXIV. aëronavis Zeppelina magistro Eckenerio ex oppido Friedrichshafen per Oceanum in Americam transvolavit.

Involucrum externum aëronavium Zeppelinarum — quae nunc sunt — in plures cellas<sup>25</sup> est divisum, in quibus receptacula gas<sup>26</sup> hydrogenii aut helii<sup>26</sup> plena sunt posita. Ad externam structuram rigidam navis cubiculata cum motoriis est applicata, in lateribus vero propulsoria et gubernacula<sup>27</sup> sunt.

Zeppelin, qui invento suo non tantum patriae suae, sed etiam toti generi humano multas<sup>28</sup> utilitates<sup>28</sup> praebuerat,<sup>28</sup> anno MDMXVII. toti Germaniae flebilis defunctus est.

Finis.

4 körülmény 5 hasznot húz 6 parlament 7 márka  
8 két millió 9 kamatoztat 10 fordít vmre  
11 főnök, elnök 12 léghajógyár 13 mint pl. 14 röplőgép  
15 bombavetéssel 16 léghajós 17 egy pillanat alatt  
18 ágyúgolyó 19 ágyú 20 megérte 21 bomba (= még p. incendiaia) 22 Antwerpen 23 London (= még Londinum) 24 a lég ura 25 fülke 26 heliumgáz 27 kormánylapátok 28 nagy szolgálatokat tett.



Iocosa.

**Praeceptum<sup>1</sup> culinarium<sup>1</sup> ad coquendum remedium quoddam.**

Accipe aliquot linguarum particulas, apprime<sup>2</sup> Neolatinas, utrum Gallicas an Hispanicas, nihil interest, modo apte truncentur;<sup>3</sup> quibus adiunge nonnullas radices Germanicas vel ad arbitrium<sup>4</sup> Anglicas, adde etiam crambem<sup>5</sup> Slavicam; quae cuncta fac penitus permisceas et confundas confusamque massam resperge condimento Hungarico; dein fac mixturam fermentare<sup>6</sup> si potest, ad unum aliquid efficiendum, tum line paulisper oleo Graeco velut particula «Kai» etc.; denique, quod oppido<sup>7</sup> necessarium est, imbue<sup>8</sup> congeriem<sup>9</sup> totam embammate<sup>10</sup> finalium a quodam Dre Zamenhof inventorum.

*Laus huius remedii:*

Placenta sic parata, si quando tibi vacat,<sup>11</sup> vescere! Et bono sis animo! Etenim licet capite confuso te inde sentias, et aegro stomacho, non utique morieris, et si lente, tamen aliquando digestum<sup>12</sup> habebis.<sup>12</sup> — Est optimum sane remedium contra tot linguarum tantam varietatem, quippe quo commercium<sup>13</sup> vitae longe facilius reddatur. Est porro cibus promiscuus, vilis, facilis, ubique sumitur, a quovis bibliopola parvo comparatur. — Ceterum nostrae aetatis homines omnes indiscriminatum<sup>14</sup> sine labore capiunt; tam vulgus indoctum, quam sapiens cultumque, prosapia<sup>15</sup> Suburae<sup>16</sup> iuxta ac procerum genus. Equidem non omnibus aequo sapit<sup>17</sup> modo, tamen mirum est, quā paullatim malus sapor consuetudine vincatur. Idcirco usquequaque laudatur, commendatur,<sup>18</sup> praedicatur. Vulgus adpellat id escae «**ESPERANTO**».

Salisburgi.

J. H.

1 konyharecept 2 kiváltképen, különösen 3 megsonkít 4 tetszés szerint 5 káposzta 6 forrásba hoz, megerjeszt 7 mindenképen, igen nagyon 8 megáztat 9 rendetlen halmazat 10 mártás 11 ha van ráérő idő 12 megemészt 13 érintkezés, közlekedés 14 különbség nélkül 15 ivadék, népség 16 utca Rómában, szedett-vedett népségről híres 17 ízlik 18 ajánl.

**AENIGMATA.**

Dissolvendum ad saltum equulei:

su	gunt	nam	res	cui
	mo	i	for	
	tu	fin	que	

*Epigrammata tristicha aenigmatica.*

I.

*Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta:  
Pes unus solus, sed pes longissimus unus:  
Et me somnus amat, proprio nec dormio somno.*

II.

*Anseris esse pedes similes mihi, nolo negare:  
Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis:  
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.*

III.

*Pendeo, dum nascor: rursus, dum pendeo, cresco.  
Pendens commoveor ventis et nutrior undis.  
Pendula .i non sim, non sum iam iamque futura*

\*

*Solutiones aenigmatum numeri IV. et nomina eorum, qui aenigmata solverunt. proximo numero vulgabuntur.*

**Epistolia Officialia.**

*Rudolphus Kancz* (Szombathely): Aenigmata tua tempore prodibunt. Pro singulari studio tuo laude dignus es. — *Paulu Drótos* (Miskolc): Mittas velim solutionem aenigmati tui, aut textum, quem in Latinum vertisti. — *Eug. Keller* (Rákospalota): Omnia, quae misisti, in edendis sunt posita. — Socios habemus etiam apud exterarum nationes, ita in Gallia, Italia, Austria, Germania, Polonia, tamen propter difficultates numarias numerus sociorum superioribus mensibus etiam in Hungaria valde comminutus est.

**Hoc numero primum spatium semestre anni XVI. finitur. Itaque rogamus socios nostros, qui pretium Iuventutis nondum solverunt, ut rem componere velint.**

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22.,

ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)